ΕΥΣΤΑΘΙΟΥ ΑΡΧΙΕΠΙ

ΣΚΟΠΟΥ ΘΕΣΣΑΛΟΝΙΚΗΣ ΠΑΡΕΚΒΟΛΑΙ ΕΙΣ
ΤΗΝ ΟΜΗΡΟΥ ΙΛΙΑΔΑ ΚΑΙ ΟΔΥΣ
ΣΕΙΑΝ ΜΕΤΑ ΕΥΠΟΡΩΤΑ
ΤΟΥ ΚΑΙ ΠΑΝΥ ΩΦΕΛΙ
ΜΟΥ ΠΙΝΑΚΟΣ.



ROMAE Apud Antonium Bladum Impressorem Cameralem, Cum priuilegiis Iulii. III. Pont. Max. Cæsareæ Maiestatis, & Christianissimi Francorum Regis.

M. D. L.



IVLIVS PAPA III.

VNIVERSIS & singulis p̄ntes literas inspecturis salutem, & apostolicam beñ. Cum, sicut accepimus, dilecti filij Benedictus Giunta, et socij Typographi ad cōmunē omnium literatorum utilitatem, opus EVSTATHII super Homerum propria impensa in alma Vrbe nostra imprimi facere intendant: Nos, ne alij sumpto inde exemplo. idem opus imprimant, et sic ex alieno labore, industria, & impensa lucrum faciant providere uolentes ipsorum Benedicti ac sociorum super hoc nobis humiliter porrectis precibus inclinati, omnibus & singulis extra Dominium Sanctæ Ro. Eccle. existentibus sub excōis, In Dominio autē pra dicto cōmorantibus ultra hoc, etiā sub amissionis librorum, & centum Ducatorum auri de Camera, Cameræ Apostolicæ applicandorum pœna ipso facto per contrafacientes incurrenda, per præsentes inhibemus, ne intra decennium a' calendis Aprilis proxime futuri incboandum, & ut sequitur finiendum, opus prædictum Eustathij in Homerum imprimere uel imprimi facere aut impræssum uendere, aut uenale habere, sine ipsorum Benedicti, & sociorum licentia præsumant. Mandañ. omnibus & singulis locorum ordinarijs, & in dicto statu Ecclesiastico officialibus & ministris nostris, ut huiusmodi nostram inhibitionem, ubi, quando & quoties opus fuerit, publicantes illa faciant inuiolabiliter obseruari, Non obstañ. constitutionibus & ordinationibus apostolicis cæterisq; contrarijs quibuscunq;. Datum Romæ apud Sanctum Petrum sub Annulo Piscatoris die XII. Martij. . M. D. L. Pontificatus Nostri. Anno. Primo.

Blo. el. Fulgiñ.




CAROLVS QVINTVS Diuina fauente clementia Romanorum Imperator Augustus, ac Germaniæ, Hispaniarum, Vtriusq; Siciliæ, Hierusalem, Hungariæ, Dalmatiæ, Croatiæ, etc. Rex. Archidux Austriæ. Dux Burgundiæ. Brabantiæ, etc. Comes Habspurgi. Flandriæ, Tyrolis. etc. QVVM hi, qui suis impensis, suóq; labore publica studia Iuuare studẽt Summorum Principum fauore, & gratia foueri, ac subleuari merito debeant, Et nostri et Imperij sacri fideles dilecti Benedictus Giunta, et Socij Typographi nobis exponi fecerint, se in publicã studiosorum utilitatem in lucem edere cõstituisse Eustathium super Homerum, Vereri autem ne sibi ex publico beneficio priuatum incommodum accedat per eos, quibus id unum curæ est, ut aliorum labore & industria in suum compendium cum illorum incommodo, & detrimento perperam abutantur, Et proinde nobis humiliter supplicauerint, ut ipsorum Indemnitati hac in re opportune consulere uelimus. NOS attenta petitionis æquitate, harum literarum nostrarum serie autoritate nostra Imperiali decernimus, & sancimus, ne quispiam in toto Romano Imperio, & Ditione nostra præfatum opus Eustathij in Homerum intra decennium ab euis editione prima citra dictorum Benedicti, & Sociorum expressam uoluntatem & consensum, Imitari, uel Imprimere, seu alibi impressum intra Imperij, & Ditionis nostræ fines adducere, uendere, distrahere clàmue palàmue ausit. Quod si quis contrafecerit, pœnam amissionis librorum, quos ipsis Benedicto, & Socijs applicandos decernimus, uel ab eis mandatum habentibus, & amplius mulctam octo Marcharum auri puri Fisco nostro Imperiali, & ipsis Benedicto & Socijs ex æquo pendendam, toties quoties contrafactum fuerit, se nouerit ipso facto incurrisse. MANDANTES Vniuersis & singulis Imperij sacri Electoribus, Principibus, Ordinibus, subditisq;, & fidelibus, tam nostris, quam eiusdem Imperij, cuiuscunq; præeminentiæ, dignitatis, status, & conditionis existant: ut hoc nostrum edictum, & Priuilegium conseruent, & exequantur, obseruariq;, & exequutioni mandari per quos decet faciant, Quatenus gratiam nostram charam habuerint, & pœnas prænarratas cupiant euitare. Harum testimonio literarum manu nostra subscriptarum, & sigilli nostri appensione munitarum. Dat. in oppido nostro Bruxelleñ. Die Decimaquinta Mensis Octobris, Anno Domini Millesimo Quingentesimo Quadragesimo quarto, Imperij nostri Vigesimo quarto, & Regnorum nostrorum Vigesimo Nono.

CAROLVS.

Ad mandatum Cæsareæ, & Catholicæ Maiestatis proprium.

Io Bernburger:



HENRY par la grace de dieu Roy de France A noz amez & feaulx les gens de noz courts de parlement Aux preuost de Paris Senechal de Lyon, ou a leurs lieutenans Et a tous noz autres Balliz & Seneschaulx quil appertiendra ou à leurs lieutenans salut & dilection Nostre cyer & bien ame maistre Nicolas maiorana nous a faict dire & Remonstrer que puis nagueres il a corrige les commentaires estans en grec faictz sur les liures Dhomere composes par Heustatius aucteur grec chose qui na iamais este mise en lumiere auec grande longueur de temps ou il a prins grand peine trauail & labeur sans la despence quil a faicte durant ledict temps & icelluy faict Imprimer en la Ville de Rome lequel il desideroit singulierement metre en lumiere & euidence en cestuy nostre Royaume Toutesfoys Il doubte que au moyen de ce quil à ja baille quelzques doubles a aucuns de ses amys, & quil crainct quil tumbe es mains daucuns libraires, & Imprimeurs ignorans par lesquelz il soyt mis & expose en uente mal correct ainsi que ont este par cy deuant plusieurs de ses oeuures A ceste cause pour obuier a cela il nous a treshumblement faict supplier et Requerir que nostre bon plaisir soit luy permetre et consentir quil puisse faire metre et exposer en uente ledict liure en cestuy noestre Royaume par telz libraires & Imprimeurs que bon luy semblera & faire defences a tous autres de ne le Imprimer ne faire Imprimer en quelque facon ou maniere que ce soyt. Pource est il que nous inclinans liberallement a la supplicacion et Requeste dudict M. Nicolas maiorana A icelluy pour ces causes auons permis & octroye permectons et octroyons par ces presentes quil puisse et luy loise faire uendre et debiter en cestuy nostre dict Royaume par tel ou telz desdictz libraires & Imprimeurs dicelluy quil luy plaira ledict liure ansi par luy corrige que dict est & ce durant le temps et terme de dix ans prochains uenans ensuiuans & consecutifz commencans au jour & date de ces presentes Sans ce que pendant & durant ledict temps aultres que ceulx qui seront par luy choisiz & esleuz le puissent Imprimer ne faire Imprimer uendre ou en debiter en quelque maniere que ce soyt. Si voulons et uous mandons & a chascun de uous endroict soyt si comme a luy appartiendra. Que de noz permission & octroy & de tout le contenu cy dessus uous faictes seusfrez & laissez ledict maiorana & lesdictz Imprimeurs a ce par luy deputez comme dict est Ioyr & user plainement & paisiblement En faisant faire expresses Inhibicions et defences de par nous sur certaines & grans peines a nous a aplicquer a tous libraires Imprimeurs & autres non ayans sur ce pouoir & mandement dudictz maioranis que durant ledict temps de dix ans ilz nayent a Imprimer ne faire Imprimer ledict liure intitule Eustatius ne icelluy exposer en uente comme dessus est dict En procedant par uous contre ceulx qui seront trouuez faisans le contraire comme contre infracteurs de noz ordonnance et defences Car tel est nostre plaisir Doune a Esconen le xxii. jour de Mars lan mil cinq cens quarente & huict Et de nostre Regne le troysiesme.

Par le Roy. Duthier.

IVLIO III.

PONT. MAX.

NICOLAVS MAIORANVS.

INSTITVERAM proximis annis Pont. Max. interpretationum Eustathii in Homerum editionem, quæ cum partim propter vastam voluminis molem, partim propter varia rerum impedimenta, diutius quam statueram sit prolata, quasi quodam fato euenit, vt eius absolutio in ipsa tui faustissimi Pontificatus initia incideret, vt debitum tibi quodãmodo hoc opus & nomini dedicandum tuo reseruatum fuisse videatur. Et cuiusnam auspiciis conuenientius quam tuis, qui nunc summũ principatum in terris obtines, summus interpres summi poetæ prodiret in lucem? Accipe igitur has Eustathii doctissimas lucubrationes, quæ iam diu à studiosis omnibus desideratæ, nunc demum auctoritate præsidioq; tuo munitæ, ad communem eduntur vtilitatem, vt iam nunc tibi quantum cuiuis vnquam alii Pontifici Maximo debere literæ incipiant, & a tanti operis editione, progressus polliceri sibi te principe audeant feliciores. Neq; enim vlli dubium esse potest, quin literis bonisq; artibus omnibus magna adiumenta sis præbiturus, qui tale semper specimen prudentiæ, iustitiæ, liberalitatis, atq; omnis doctrinæ edideris, vt omnia de te summa sperare possimus. Nec vero Eustathium tantum, sed Homerum etiam ipsum tibi dicamus, quippe qui cũ olim sine suo hoc interprete, præsertim tam multis in locis deprauatus, non optime intelligeretur, editus quidem fuerat vt legi, sed nondum plane editus ut intelligi posset. Sed quoniam sapientissimus poeta nondum imperitorum calumnias potuit effugere, non ab re futurum duximus, si quam meditati sumus earum confutationem subiungeremus. Et iis, quæ de Eustathio comperta habuimus, additis, memoriam tanti interpretis iam satis per se in aliquot sæcula propagatam, nos quoq; pro viribus posteritati commendaremus.

DE HOMERO.

NON eram tam ignarus rerum quin existimarem nonnullos fore, qui me parum necessariam operam sumpturum putarent, si dignitatem HOMERI poetæ defendendam susciperem, quasi vero ille defensione indigeret, ac non potius summa omnium laude dignissimus videretur, qui tantum opus condidisset tamq; diuinum, in quo omnis sapientiæ diuinæ & humanæ spectaculum poeticis picturis exornauit, visendumq; mortalibus proposuit. sed cum fuerint quouis tempore multi, inter quos etiam, si diis placet, quosdam inuenias qui se Philosophos & dici et haberi volunt, qui vsum huius poetæ inutilem prorsus esse, ac moribus honestis detrimentum afferre contendunt, horum importunitate permotus ac potius coactus, causam tanti poetæ mihi etiam non deserendam putaui, vt eum quantum vires ingenii mei paterentur, ab iniuriis contumeliisq; istorum vindicarem, atq; eminentissimum omnium qui unquam fuerunt poetam, contra eos qui tam acriter insurgunt, vt etiam ex omnibus eiiciendum ciuitatibus censeant, grauissimorum hominum auctoritate testimoniisq; defenderem, & simul Eustathii doctissimis copiosissimisq; interpretationibus proluderem, qui magnos rerum græcarum thesauros depromens in medium prodit. hic enim omnium philosophorum lucubrationes & sententias omnes, poetarum præconia, regum atq; imperatorum testimonia, deniq; omniũ Scriptorum monumenta, quæcunq; pertinere ad huius poetæ enucleationem visa sunt, in vnũ

quasi corpus redegit, idemq́ planissime declarat, huius vnius poetæ carminibus omnis cognitionis, virtutis, atq; eloquentiæ summam contineri, quem illi tam insolenter exterminare nituntur, vt prodigiis refertum, vt bonis moribus perniciosum, quippe qui deorum iras, stupra, adulteria impudentius describat, pessimo adolescentium exemplo, qui quicquid nequã aut turpe commiserint, dis se suamq́ culpam magnis auctoribus tuerentur. atq; huius quidem sententiæ ducem Platonem in libris de rep. sibi constituunt. cuius verba quemadmodum & aliorum quoties opus fuerit, sua ipsorum lingua, quo plus fidei atq; auctoritatis habeant, cõsulto exponemus. Ἆρ' οὖν ῥᾳδίως, inquit, οὕτω παρήσομεν τοὺς ἐπιτυχόντας ὑπὸ τῶν ἐπιτυχόντων μύθους πλασθέντας ἀκούειν τοὺς παῖδας, καὶ λαμβάνειν ἐν ταῖς ψυχαῖς ὡς ἐπὶ τὸ πολὺ ἐναντίας δόξας ἐκείναις, ἃς ἐπειδὰν τελεωθῶσιν ἔχειν οἰησόμεθα δεῖν αὐτούς; οὐδ' ὁπωστιοῦν παρήσομεν. Quibus nos, vt multa argumenta quæ vndiq; affluunt omittamus, grauissimam auctoritatem ipsiusmet Platonis opponimus, qui multis in locis hunc poetam mirifice cõmendauit. etenim cum non sit verisimile vt eundem is damnet, quem toties laudarit, nimirum alium eius sensum fuisse atq; aduersarii interpretantur fatendum est. Loci autem Platonis laudes Homeri cõtinẽtes, hi ex multis ferme sunt. Ἔοικε μὲν γὰρ τῶν καλῶν ἁπάντων τούτων τῶν τραγικῶν πρῶτος διδάσκαλός τε καὶ ἡγεμὼν γενέσθαι. Cur igitur cum poetam quem tanquam inutilem isti vituperant è rep. summoueret? quemq; magistrum, quem ducem optimorum poetarum esse testatus est? quos deorum & filios & interpretes esse luculentissimo testimonio confirmauit?

10. reip.

Καὶ οἱ θεῶν παῖδες, inquit, καὶ προφῆται τῶν θεῶν γενόμενοι. Et in lysi, & patres & duces sapientiæ poetas appellat. οὗτοι γὰρ ἡμῖν, ait, ὥσπερ πατέρες τῆς σοφίας εἰσὶ καὶ ἡγεμόνες. in Ione vero quid prætermisit in quo diuini poetæ maiestatem asserere posset? quod vnquam cumulatius præconium? quod luculentius testimonium expressit quam cum inquit? ἅμα δ' ἀναγκαῖον εἶναι ἔν τε ἄλλοις ποιηταῖς διατρίβειν πολλοῖς καὶ ἀγαθοῖς, καὶ δὴ καὶ μάλιστα ἐν Ὁμήρῳ τῷ ἀρίστῳ καὶ θειοτάτῳ τῶν ποιητῶν, καὶ τὴν τούτου διάνοιαν ἐκμανθάνειν μὴ μόνον τὰ ἔπη ζηλωτόν ἐστι. Optimum sane his verbis & maxime diuinum poetarum, nec versus huius tantum ediscendos, sed etiam sapientiæ recessus explorandos esse pronunciauit. Præterea in Theæteto cum plurimorum philosophorum nominibus enumeratis, fere iusti exercitus instar fecisset, Homerum illis omnibus imperatorem præfecit, affirmans eum non posse non ridiculum haberi, qui de his quæ ab illis tradita essent dubitaret. Τίς οὖν ἔτι, inquit, πρός γε τοσοῦτον στρατόπεδον καὶ στρατηγὸν Ὅμηρον δύναιτ' ἂν ἀμφισβητήσας μὴ οὐ καταγέλαστος γενέσθαι; Quid nunc dicemus? an secum Platonem ipsum pugnasse? aut cum laudando qui vituperatione dignus esset, adulatorem? aut cum vituperando qui laudem mereretur, calumniatorem? aut certe modo hoc, modo illud, dicentem, inconstantem & leuem fuisse? nequaquã. neq; quicquam tale de tanto viro dicendum, si consideremus quibus causis adductus, nonnullas Homeri aliorumq́ poetarum fabulas pueris non esse narrandas existimarit, deinde rationem & incredibilem vtilitatem homericæ sapientiæ philosophorum laudibus testatam intelligamus. Primum igitur mentem consiliumq́ Platonis de vsu fabularum operæprecium est explicari, idq́ potissimum ex eo loco quem aduersarii vsurpant, & nos paulo ante adduximus. ex quo coniicere possumus consuetudinem peruulgatam græcorum ciuitatibus priscis temporibus fuisse, vt iocosis fabulis adolescentes, quod ea quæ grauius differebantur illa ætas fastidiret, molliter placideq; tractarent. & virtutis amorem ac recte viuendi præcepta, ipsorum animis fabellarum festiuitate insinuarent. huius rei testem locupletissimum strabonem in medium adducimus. Οἱ παλαιοὶ, φιλοσοφίαν τινὰ λέγουσι πρώτην τὴν ποιητικὴν, εἰσάγουσαν εἰς τὸν βίον ἡμᾶς ἐκ νέων, καὶ διδάσκουσαν ἤθη καὶ πάθη καὶ πράξεις μεθ' ἡδονῆς. οἱ δ' ἡμέτεροι, καὶ μόνον ποιητὴν ἔφασαν εἶναι τὸν σοφὸν, διὰ τοῦτο καὶ τοὺς παῖδας αἱ τῶν ἑλλήνων πόλεις πρώτιστα διὰ τῆς ποιητικῆς παιδεύουσιν, οὐ ψυχαγωγίας χάριν δήπουθεν ψιλῆς, ἀλλὰ καὶ σωφροσύνης. Huic sententiæ & Plutarchus auctor grauissimus subscripsit, in libro quo docuit, πῶς δεῖ τὸν νέον ποιημάτων ἀκούειν. ἡ ποίησις, inquit, τὸν λόγον ἐκ φιλοσοφίας ἀναλαμβάνουσα μεμιγμένον πρὸς τὸ μυθῶδες, ἐλαφρὸν καὶ προσφιλῆ παρέχει τοῖς νέοις τὴν μάθησιν. Iam satis constat poetarum vsum, cum a grauissimis philosophis, tum ab vniuersis ciuitatibus comprobatum fuisse. sed cum iuuenes fabulis plurimum delectati, ad eas potissimum diuerterent, quæ quamuis speciẽ haberent fœditatis, arcana tamen naturæ continebant, & penetrare in recessus sapientiæ cum non valerent, prauis imbuebantur opinionibus. hoc animaduertens Plato, qui remp. suam ad exemplum eius quam perfectissimam humanis quidem ingeniis formari, sed

2. reip.

lib. 1.

ix. reip.

repræsentari non posse cognouisset, non omnes Homeri aliorumq; poetarum fabulas pueris proponendas censuit, ne cum malos mores, tum falsam opinionem de diis imbiberent, quæ in adulta quoq; & confirmata ætate a pietate iustitiaq; sæpenumero homines auerteret, quod se deorum heroumq; exemplis summam peccandi licentiam consequutos putarent. tena• cius enim inhærescunt nec ferme tolli possunt opiniones, quæ rudibus annis acceptæ coalue runt. Huc igitur totus tendit Plato, ne prauis opinionibus iuuenes a teneris annis imbuan tur. Præcipue vero maiores fabulas (sic enim eas quæ de diis & heroibus sunt appellat) reii• cit. ac tanto minus pueris audiendas putat, quanto magis poeticæ sunt. quod cum plenæ sint ænigmatum, neq; adolescentibus, neq; vlli imperitorum turbæ prodendæ sunt. qua de re, ipsa Platonis verba subiunximus. τὰ δὲ δὴ τοῦ κρόνου ἔργα καὶ πάθη ὑπὸ τοῦ υἱέος, οὐδ᾽ ἂν 2. reip. εἰ ἦν ἀληθῆ, ᾤμην δεῖν ῥᾳδίως οὕτω λέγεσθαι πρὸς ἄφρονάς τε καὶ νέους. ἀλλὰ μάλιστα μὲν σιγᾶσθαι. εἰ δὲ ἀνάγκη τις ἦν λέγειν, δι᾽ ἀπορρήτων ἀκούειν ὡς ὀλιγίστους θυσαμένους οὐ χοῖρον ἀλλά τι μέγα καὶ ἄπορον θῦμα, ὅπως ὅτι ἐλαχίστοις συνέβη ἀκοῦσαι. Huius difficultatis causam adducit in secundo alcibiade. ἔστι δ᾽, inquit, φύσει ποιητικὴ ἡ σύμπασα αἰνιγματώδης, καὶ οὐ τοῦ προστυχόντος ἀνδρὸς γνωρίσαι. Quin etiam non solum non pueris, sed ne viris quidem nisi prudentibus & sapien tiæ studiosis tractare huiusmodi fabulas licere censuit. οὐ δεῖ τῶν ἀμυήτων, ait, ὦ φίλε, ἐμπεσεῖν εἰς τὰ ποιήματα, ἵνα μὴ μυθοῦσι οἷα συνῆ γράφειν τὸν ἔρωτα. Postremo monendi sunt aduersarii ne tam acerbe nomem poetarum insectentur, quorum & si pleriq; veram religio• nem non agnouerunt, pietatem tamen, iustitiam, temperantiam, frugalitatemq; omnem coluerunt. qua in re in primis Homerus omnium maxime prædicandus est, qui iustitiæ diui• næ & humanæ vim ac naturam diligentia incredibili celebrauit. Quod si quid petulantius dictum apparet in fabulis, explorent quæ sub earum latent inuolucris, & mentem non verba introspiciant. In quo genere habent vel maximæ auctoritatis exemplum in sacris nostræ reli gionis literis, vbi multa passim leguntur, quorum verba specie quadam sensum ostendunt im peritis eum, qui scriptoris optimæ plane menti non respondeat. in quo temeritas imperito• rum periclitata, nonnumquam in varios grauesq; errores delaberetur, nisi grauissimorum theologorum doctrina succurreret. Ita hic noster poeta tametsi nonnumquam videtur aut absurda aut inutilia confingere, sub eo tamen integumento deorum iustitiam naturamq; per fectissimam semper asseruit. etenim cum extra fabulas, pietatem, cultum deorum, iusti• tiam, temperantiam semper summis laudibus efferat, necesse est fateri, etiam in fabulis idem sensisse quod in reliquis partibus maxime prædicarit, vt in omnibus locis quamcumq; ratio• nem scribendi secutus sit, sibi ipse constare videatur. Cui rei confirmandæ magno nobis a• diumento est idem Plato, idem inquam ille cuius aduersarii auctoritate nituntur. qui cum propter religionis studium diuini nomen meruerit, numquam in iis disputationibus quas de natura deorum & religione instituit, ab Homero dissentit. sed quid dissentit dico? im• mo vero cum eo numquam non mire consentit, ipso in primis asseuerante Proclo, qui omnia fere quæ ab Homero potissimum fabulose dicta sunt, physicis grauissimisq; rationibus ac• curatissime exponens, cum platonicis sententiis aptissime cohærere demonstrat. Cuius rei disputationem, quoniam fusior est quam vt paucis perstringi possit, mihi prætermittendam duxi. Sed quæret aliquis quæ tandem sit causa huius poeticæ obscuritatis, aut quid ex ea vtilitatis existat. cur enim non potius aperte ea quæ vera essent atq; vtilia differere malue• runt, quam oblata difficultate intelligendi, homines a studio sapientiæ deterrere? hoc nimi• rum ea ratione fecerunt, ne si nimium in apertum tam veneranda & preciosa arcana profer• rent, imperitisq; ac profanis auribus proderent, ipsa sui facilitate negligerentur. ita fabula• rum inuolucris hoc consecuti sunt, vt & hi qui sapientiam quærerent, eam inuenirent. nec sanctissimum eius nomen conculcaretur ab iis qui porcum, quod aiunt, sacrificarent, sed cum illius amatoribus & viris prudentibus summa cum voluptate ac veneratione communicare• tur. nam cum intelligerent, homines poeticis numeris & fabularum figmentis delectari, con tra vero grauitatem ac nudam & simplicem rerum veritatem minus multis probari, ieciirco suis illecebris eorum animos allicientes, miram cognoscendi quæ delitescerent cupiditatem iniiciebant. qui cum virtutes occultas subesse suspicarentur, paulatim desiderio rei cognoscē dæ incitati, ad veram perfectamq; doctrinam inuestigandam atq; eliciendam studium ani• mumq; applicabant. quare non immerito a Plutarcho dictum est. εἰ δὲ δι᾽ αἰνιγμάτων καὶ μυθικῶν λόγων ἐκεῖνοι ἐμφαίνονται τὰ νοήματα, οὐ χρὴ παράδοξον ἡγεῖσθαι, ἔστιν γὰρ εἴ που ποιητικῆς καὶ

τῶν ἀρχαίων ἔθος. ὅπως, οἱ μὲν φιλομαθοῦντες, μετά τινος εὐμουσίας ψυχαγωγούμενοι, ῥᾷον ζητῶσί τε καὶ εὑρίσκωσι τὴν ἀλήθειαν. οἱ δ' ἀμαθεῖς, μὴ καταφρονῶσι τούτων ὧν οὐ δύνανται συνιέναι. καὶ γὰρ ἴσως τὸ μὲν δι' ὑπονοίας σημαινόμενον, ἀγαστόν. τὸ δὲ φανερῶς λεγόμενον, εὐτελές. In eandem fere sententiam inquit Simplicius. τῶν γὰρ παλαιοτέρων νομιζόντων μὴ δεῖν καὶ τοῖς σκυτοτόμοις τὴν ἑαυτῶν σοφίαν προτιθέναι εἰς πάρεργον αὐτὴν ἐκλιπεῖν δεῖν τὴν προφαινομένην σαφήνειαν, οἱ μὲν μύθοις, οἱ δὲ συμβόλοις αὐτὴν ἀπέκρυψαν, ὡς τοῖς προπυλαίοις τὰ ἀπορρητότερα τῶν ἱερῶν. His de causis Parmenides. Empedocles. Zoroastres. Democritus. Orpheus. Hesiodus. & alii quam plurimi sapientiam & præcepta recte honesteque viuendi versibus fabulisque tradidere. Quorum omnium quam luculentissime Homerus vniuersam philosophiam carminibus explicauit. in quibus potissimum corporis robur & animi præstantiam hominibus cognoscendam per exempla proposuit. eas itaque res duabus diuersis personis conuenienter ascripsit, in iliade Achilli alteram, alteram Vlyssi in odyssea, quod Plutarchus paucis his verbis indicauit.
διὰ μὲν τῆς ἰλιάδος inquit, ἀνδρείαν σώματος, διὰ δὲ τῆς ὀδυσσείας, ψυχῆς γενναιότητα παρίστησι.
Quæ quo clarius elucerent, non pueros aut fœminas ad id ostendendum, sed viros summæ fortitudinis & prudentiæ sibi delegit. Cum autem ad demostrandas animi & corporis vires, non mercatura nec agricultura aut alia huiusmodi ars omni ex parte apposita sit, quoniam his non ea periculorum moles obiicitur, qua vera demonstrari fortitudo possit, sed res tantum militaris, quod maximum omniū in rebus humanis esse censetur, bellum sibi inter troianos & græcos in argumentum philosophiæ totius explicandæ suscepit. quo regnum florentissimum & amplissimæ sunt opes maximis græcorum classibus & copiis euersæ. Sed cum virtutis præstantia non exiguo temporis spacio plene cognoscatur, iccirco bellum in decimum annum produxit. Quæ omnia grauiter sane prudenterque expendens Horatius de Homero ait.
Qui quid sit pulchrum, quid turpe, quid vtile, quid non,
Plenius ac melius Chrysippo & Crantore dicit.
Quin etiam Plutarchus in libro quo docet πῶς δεῖ τὸν νέον ποιημάτων ἀκούειν, vtilitatem maximam vel ex iis fabulis elici scribit, quæ vitio dantur & culpæ. παρὰ δ' ὁμήρῳ, inquit, σιωπώμενόν ἐστι τὸ τοιοῦτον γένος τῆς διδασκαλίας, ἔχον δὲ ἀναθεώρησιν ὠφέλιμον ἐπὶ τῶν διαβεβλημένων μάλιστα μύθων. Et in libro περὶ μουσικῆς, docet non solum musicam oblectationem, sed etiam reconditos sensus homericis versibus contineri. Καί μοι μηδεὶς, inquit, ὑπολαβέτω; ὅτι πρὸς τέρψιν μόνον χρησίμην ᾤετο μουσικὴν Ὅμηρος διὰ τούτων, ἀλλὰ γὰρ βαθύτερός ἐστι νοῦς ἐγκεκρυμμένος τοῖς ἔπεσι. Extat Dionis chrysostomi grauissimum testimonium, quo tantum opus, tam altum, tam magnificum, tam suaue, sine diuina ope negat confici potuisse. Ἀτεχνῶς γὰρ, inquit, οὐκ ἄνευ θείας τύχης, οὐδ' ἄνευ μουσῶν τε καὶ ἀπόλλωνος ἐπιπνοίας ἦν δυνατὸν οὕτως ὑψηλὴν καὶ μεγαλοπρεπῆ καὶ προσέτι ἡδεῖαν γενέσθαι ποίησιν. Democritus item philosophus magnæ auctoritatis eodem Dione referente, hæc in admirationem huius poetæ prædicabat. Ὅμηρος φύσεως λαχὼν θεαζούσης, ἐπέων κόσμον ἐτεκτήνατο παντοίων, ὡς οὐκ ἐνὸν ἄνευ θείας καὶ δαιμονίας φύσεως οὕτω σοφὰ καὶ καλὰ ἔπη ἐργάσασθαι. Illud vero præter cætera maxime memoratu dignum existimandum est, quod idem Plutarchus de Homero scribit his verbis. Ὁ δὲ θεωρητικὸς λόγος ὁ περιέχων τὰ καλούμενα θεωρήματα, ἃ περὶ ἐστὶ γνῶσις τῆς ἀληθείας γινομένη μετὰ τέχνης. ἀφ' ὧν ἐστι τὴν φύσιν τῶν ὄντων θείων τε καὶ ἀνθρωπίνων πραγμάτων κατανοεῖν, καὶ τὰς περὶ τὸ ἦθος ἀρετὰς καὶ κακίας διαιρεῖν, καὶ εἴ τινι τέχνῃ λογικῇ μετέρχεσθαι τὴν ἀλήθειαν προσήκει μανθάνειν. ταῦτα δὲ μεταχειρίζονται οἱ ἐν φιλοσοφίᾳ διατρίψαντες, ἥ ἐστι τριμερὴς τὸ φυσικὸν καὶ ἠθικὸν καὶ διαλεκτικόν. ἐν δὲ πᾶσι τούτοις τὰς ἀρχὰς καὶ τὰ σπέρματα ἐνδόντα Ὅμηρον εἰ καταμάθοιμεν, πῶς οὐκ ἂν εἴη πρὸ πάντων θαυμάζεσθαι ἄξιος; Quare non immerito Dionysius halicarnaseus vir singulari doctrina & iudicio, hunc poetam omnis doctrinæ & eloquentiæ fontem appellat. Κορυφὴ μὲν οὖν ἁπάντων, ait, καὶ σκοπὸς, ἐξ οὗ περ πάντες ποταμοὶ καὶ πᾶσα θάλασσα καὶ πᾶσαι κρῆναι, δικαίως ἂν ὅμηρος λέγοιτο. πᾶς γὰρ αὐτοῦ τόπος οὕτω ἂν ἅπτηται, ταῖς τε αὐστηραῖς καὶ ταῖς γλαφυραῖς ἁρμονίαις εἰς ἄκρον διαπεποίκιλται. Non est negligendum nobis Quintiliani grauissimum iudicium, qui post multas & diuinas laudes, hæc de Homero pronunciauit. Quid in verbis, sententiis, dispositione totius operis? non ne humani ingenii modum excedit? vt magni sit viri virtutes eius non æmulari quod fieri non potest, sed intellectu sequi. verum hic omnes sine dubio & in omni genere eloquentiæ procul a se reliquit. At Cicero, qua fuit ingenii alacritate, traditum est, inquit, Homerum cæcum fuisse, at eius picturam non poesim videmus. quæ regio? quæ ora? qui locus græciæ? quæ species formæ? qui motus hominum? qui ferarū?

non ita expictus est, vt quæ ipse non viderit, nos vt videremus effecerit? Alexander macedo rei militaris viaticum hunc poetam appellabat. hunc puluinari subiectum tenebat. hunc scrinio Darii regis auro gemmisq; præfulgente seruabat. Achillem huius præconio fortunatum esse testatus est, eiq; adeo studiose incubuit, vt totum plane ad verbum edidicerit. et nunc poetam summum virtutis præconem, nunc regium appellare consueuerit. Quid vero eius præceptor ille omnis naturæ indagator Aristoteles? quæ quantaq; de huius poetæ laudibus proferr? quem alibi quidem, θαυμάσιον appellat. alibi vero, πρὸς γε τούτοις, inquit, λέξει καὶ διανοίᾳ πάντας ὑπερβέβληκε. item alibi, καὶ οὐδὲν ἀνήθης ἀλλ' ἔχον ἦθος nihil nō in eo morartum, nihil non summo ingenio confictum esse testatur. non ignorabat scilicet acerrimo vir iudicio, subesse fabulis ea quæ ad philosophum non ad adolescentulum pertinerent. nec poeticæ laude solum, sed multarum etiam rerum commendatione extulir. Ὅμηρος δὲ, inquit, ἄλλα τε πολλὰ ἄξιος ἐπαινεῖσθαι, καὶ δὴ καὶ ὅτι μόνος τῶν ποιητῶν, οὐκ ἀγνοεῖ ὃ δεῖ ποιεῖν αὐτόν. Socrates quoq; ille philosophorum parens ita se ei totum addixit, vt Homeri discipulus a Dione Chrisostomo fuisse dicatur. Illud etiam summam affert admirationem, quod ab eodem Dione tradirum est, apud indos Homeri carmina decantari consueuisse. Καὶ παρ' Ἰνδοῖς, inquit ᾄδεσθαί φασι τὴν Ὁμήρου ποίησιν, μεταλαβόντων αὐτὴν εἰς τὴν σφετέραν διάλεκτόν τε καὶ φωνήν. ὥστε καὶ Ἰνδοὶ, τῶν μὲν ἄστρων τῶν παρ' ἡμῖν πολλῶν εἰσιν ἀθέατοι, τὰς γὰρ ἄρκτους οὔ φασι φαίνεσθαι παρ' αὐτοῖς, τῶν δὲ Πριάμου παθημάτων, καὶ τῶν Ἀνδρομάχης καὶ Ἑκάβης θρήνων καὶ ὀδυρμῶν, καὶ τῆς Ἀχιλλέως τε καὶ Ἕκτορος ἀνδρείας, οὐκ ἀπείρως ἔχουσι. τοσοῦτον ἴσχυσεν εἷς ἀνδρὸς μουσική. solus enim Homerus magnitudine sui nominis, per tot linguarum discordes voces atq; gentes, tot locorum interuallis dissitas, viam sibi vsq; ad extremas nationes patefecit. Sed quid plura? nonne grauissimi christianæ religionis auctores, immortalitate dignissimas Homeri laudes oratione sua sibi exornandas censuerunt? sic enim de eo magnus ille basilius. πᾶσα μὲν ἡ ποίησις τῷ Ὁμήρῳ ἀρετῆς ἐστιν ἔπαινος, καὶ πάντα αὐτῷ πρὸς τοῦτο φέρει, ὅ,τι μὴ πάρεργον. & Gregorius nazianzenus, κλεινὸν Ὅμηρον appellat. Itaq; nemini mirum videri debet, nullum esse magni nominis vel græcum vel latinum scriptorem, qui vel maximum philosophum, clarissimum poetam, eloquentiæ parentem, inuentionum originem, naturæ conscium, ingeniorum fontem, vitæ magistrum, θαυμάσιον atq; σοφώτατον, & sine exemplo maximum, Homerum esse non prædicarit. quibus de causis philosophi fere omnes incredibilem huius sapientiam admirati, operam dederunt pro se quisq;, vt commentariis in eum conscriptis, difficilia explicarent, ambigua diiudicarent, occulta atq; inuoluta aperirent. e quibus amplius septuaginta commemorare possim, sed ne forte curiosior videar, eos tantum nominabo, qui suis vigiliis diuina Homeri poemata præ cæteris maxime illustrarunt. Crates thebanus, qui propter studium interpretationesq; in hunc poetam, homerici cognomen inuenit. Zeno citicus, qui quæstionum homericarum libros, & commentationes in vtrumq; opus & Margitem reliquit. Heraclides ponticus Platonis auditor. Aratus sicyonius. Maximus tyrius. Porphyrius. Panætius. & Syrianus. Quin etiam Aristoteles ambiguitatum homericarum libris sex editis, testatus est quanti faceret hunc poetam. Accesserunt reges clarissimi, Ptolemæus secundus ægyptiorum rex, cognomento εὐεργέτης. Item alter Ptolemæus Aristonis filius, qui libros amplius quinquaginta in Homerum edidit. Atq; inter hos, Aristarchus celeber grammaticus idemq; doctissimus plurimum elaborauit. Hactenus Homerus qualis quantusq; sit, quantaq; ex eo capiatur vtilitas, quos laudatores habuerit exposuimus. Quæ omnia paulo fortasse copiosius disputata, eo pertinent, vt sciant aduersarii quem poetam, quem philosophum ausi sint vanis contumeliis insectari. atq; eo amplius, qualem quantumq; Eustathium esse oportuerit, q̃ diuinum hunc poetam tā erudite ac fœliciter, seu potius diuinitus fuerit interp̄tatus.

DE EVSTATHIO.

FVIT Eustathius proximis superioribus sæculis omnium eruditorum consentiente iudicio, philosophus longe doctissimus, Qui cum animaduerteret maiorem partem eorum qui Homerum interpretati fuissent, iniuria temporum periisse, ne cæterorum lucubrationes quæ extabant omnino interirent, arduum sane negociū multorū annorum & maximi laboris opus consumauit. nam & interpretationes aliorum in vnū corpus redegit, & q̃ plurima quæ ipse excogitasset addidit. In

quo vel maxime illud præstitit, vt non solum adulta ætate viri, sed etiam adolescentes sine periculo prauas opiniones imbibendi, plenam consequerentur vitiorum virtutumq; notitiam. etenim interpres doctissimus, philosophus acutissimus, theologus religiosissimus, sensus abditos eruit, speciem omnem deformitatis abstergit, arcana sapientiæ ac pietatis aperit, In primisq; id agit ne quam totius philosophiæ partem artificiis poeticis occultatam ignoremus. incredibile est memoratu, quantas opes græcæ eloquentiæ, quantos thesauros omnium disciplinarum depromat. ignotas enim fabulas, earumq; origines altius repetitas describit. rerum gestarum historias iam prope vetustate obrutas ac pene deletas, in hominum memoriam reuocat. homericæ orationis vim admirabilem ita explicat atq; enucleat, vt in iis omnibus quæ ad summum poetarum interpretem pertinent, nullam cuiquam amplius laudem reliquisse videatur. huius quanta doctrina sit, quam late pateat eruditio, ex ipso etiam indice omnibus estimare in promptu est, qui vt maior ad omnes facilius manaret vtilitas, data est opera vt a doctissimo viro Matthæo deuario copiosissime conscriberetur. in quem is non solum res omnes præcipue memoratu dignas contulit, sed & minima quæq;, totumq; pene ipsum Eustathium in seriem ordinéq; concinne distributum, sub vnum quasi aspectum oculorum subiecit. Floruit Eustathius sub Andronico Imperatore, Alexandro. III. Lucio item. III. Rom. Pontificibus, anno a Christo nato circiter M C L X X X. Patria ei fuit Constantinopolis. Huius doctrinæ admiratione ductus Andronicus, eum oratoribus præesse voluit, deinde supplicum libellorum ministerio præfecit. quibus muneribus ita functus est, vt industriæ summæq; probitatis commendatione, ecclesiæ thessalonicensis Archiepiscopus crearetur. Ex cuius administratione quicquid dabatur otii, id totum in bonas literas conferens, has παρεκβολάς, vt ipse appellat, in Homeri Iliadem & Odysseam eruditissimas composuit. Præterea explanationes multarum rerum refertissimas, in Dyonisii afri περιήγησιν ad Ioannem ducam Andronici imperatoris filium conscripsit, quæ quidem omnia ad nostra tempora peruenerunt. Historiam item amatoriam καθ' ὑσμίνην καὶ ὑσμινίαν. & interpretationem in Βατραχομυομαχίαν conscriptam ab eodem nonnulli tradunt. huius etiam libellus περὶ ἀχλέκτων circunfertur. Sed lucubrationes in Homerum iniuria temporum ad eam iam paucitatē exemplariū redegerat, vt nō multum abessent a periculo interitus, cū duo tantum, de quibus nos compertum haberemus, superessent. quorum alterum sane emendatius ac perfectius in bibliotheca Nicolai Rodulphi Cardinalis spectatæ probitatis & doctrinæ, quo cū ego annos multos familiarissime fui, vna cum cæteris eius generis scriptoribus græcis quam plurimis summa cura ac diligentia asseruabatur. quos vir ille amplissimus ac munificentissimus, atq; bonarum literarū literatorumq; omnium amator, fautor, adiutor, ingenti precio summoq; studio vndecumq; comparauerat. hic ergo cum semper id spectasset quibus rationibus bonarum literarum studiosis commodaret, exemplar Eustathii libentissime tradidit.
Nec huic operi defuit & ipse de literis optime meritus Marcellus Ceruinus Cardinalis, vir integerrimus atq; innocentissimus. qui cum multiplici literarum cognitione excellat, omnisq; sapientiæ & doctrinæ admirator & studiosus semper fuerit, tum iam diu in eam curam præcipue incumbit, vt libros veterum aut iam situ ac vetustate corruptos, instauret, aut propter exemplarium paucitatem periclitantes, coemat vndiq; & ad publicam hominum vtilitatem in vaticana bibliotheca, quæ eius curæ commissa est, seruandos curet. is etiam vt hæc Eustathii monumenta in lucem prodirent, non solum studio & auctoritate, sed etiam pecunia editionem operis adiuuit. Neq; suam hac in parte liberalitatem desiderari passus est Bernardinus maffeus Cardinalis, vir singulari cum doctrina tum probitate. Quantum vero ego in hoc ipso opere modo publice in Romano Gymnasio, modo intra priuatos parietes desudauerim, quamq; multos & graues labores exhauserim, iis omnibus, qui non Eustathio solum, sed Homero etiam ipso iam emendatissimo utentur, iudicandum relinquo. Reliquum, est vt græcarum literarum studiosissimi quiq;, maximos hosce græcæ linguæ atq; eruditionis auctores, nostrasq; cum illis vigilias, non assiduo tantum studio, sed grati etiam animi beniuolentia prosequantur.

FINIS.

ΚΑΤΑΛΟΓΟΣ ΔΕΙΓΜΑΤΙΚΟΣ τῶν ἐν τοῖς Εὐσταθίου εἰς τὴν Ὁμήρου Ἰλιάδα καὶ Ὀδύσσειαν ὑπομνήμασιν ἐμφερομένων χρησίμων, διὰ Ματθαίου τοῦ Δεβαρῆ ἐκβληθεὶς καὶ συγκεφαλαιωθείς.

Ἀρχὴ τοῦ ᾱ στοιχείου.

ἀπὸ

Αἰσύητος

ἀμβ

τῶ

τῆς

ἀριστάδος μῦρος ἐγκώμιον. 103.

χη

αὐτόχειρ

ὡς

Ἀρχὴ τοῦ β στοιχείου.

βαλεῖν

ὅτι α

βρόχος. 1395. 49 vide supra

Ἀρχὴ τοῦ γ στοιχείου.

δαφοίνεα

Δὲ

δημοβορεῖν,

Ἀρχὴ τοῦ ε στοιχείου.

γνῦσθαι αἰτία τοῦ ἀργυροῦσθαι. 1656. 25. 0657. 6.

ἱερὸν συντακτέον ἀπλῶς τοῦ συνεκέκλειστο, οἷον, χρύσεος ὅρμος εἶχεν μέσον ἠλέκτροισιν ἐέρτο. ὀδυσ. ο. 1788. 40.

ἱερὰ ἀθάνατα τῶν πλεονεκτῶν, ὅτι παρατηρητέον ὡς ἀπὸ τῆς ἱερᾶς ἀθάνατος, καὶ ὅτι ἀπὸ τοῦ ἄρδειν παράγεται, παραλόγως ἐκτείνεται. 991. 23.

ἱερὰ δρόσος ὅτι ἐστι γένους πλεονασμοῦ τοῦ ι. 830. 17. ἀλλαχοῦ δὲ ὅτι ἐκ τοῦ ἱερὸν ἔστι τὸ ἀλλὰ τὸ αἰῶνι. 991. 26. καὶ ὅτι ὑποσύνεται τὰ τοῖς ἀττικοῖς ἡ λέξις, καὶ ὅτι καὶ ἐστι διοσυλλάβως λέγεται. 1546. 46.

ἐργαστήριον ὅσοι κατειργασμένοι ὅλοι φύτος περίγυον τοῦ πεδίου ὑποστατικοῦ. 1659. 8.

ἐζευγμέναι πύλαι αἱ κεκλεισμέναι καὶ ἐσφαλισμέναι διὰ ζυγοῦ τῷ μοχλῷ. 1142. 43.

ἐζύγαι λέγονται αἱ σανίδες τὰ ἀπὸ τοίχου εἰς τοῖχον διήκοντα ξύλα ἃ καὶ ζυγὰ παρὰ ἄλλοις λέγονται. 1731. 63.

ἐζομαι ὅτι τὰ ἀττικῶς ἀεὶ ἐσφαιρεῖται παρ' ὁμήρῳ, ἕζετο δὲ οὐ δωρικῶς. 348. 37.

εἰ λήγοντα θηλυκὰ περιώνυμα δορὰς ζώων σημαίνοντα ὅτι ἐκ τῶν διὰ τοῦ ειη γίνονται ἀποβολῇ τοῦ ι, οἷον παρδαλέη καὶ λυκέη ἐκ τῶν παρδαλέα καὶ λυκέα. 374. 39.

εἰ λήγοντα θηλυκὰ κτητικὰ ἐκ τῶν διὰ τοῦ εια γινόμενα ἰωνικῶς καὶ ἀττικῶς, οἷον μυρμιδόνειος τὸ θηλυκὸν μυρμιδόνεια καὶ μυρμιδονέη. 393. 7.

εἰ καὶ εῖο λήγοντα κτητικὰ ἐπιθέματα πατρωνυμικοῖς ὥς οἷά τινα ματρωνυμικὰ, οἷον βοίη ἡ ταυρεία ἀσπίς, καὶ ὅτι ἐκ τῆς ἱπποπαζούσης καὶ προφαινομένης ὅλης τὰ ἐκείνου τὰ οὕτω λέγονται. 1063. 63.

ἐοικὼς προσείμενος ὅτι ἐκ τοῦ ὅκω γέγονε πλεονασμῷ τοῦ ε ἀττικῶς. 1769. 59.

ἐοικὼς αἰτία τοῦ ἀγαθοῦ οὐ σεῖον κατὰ μετάθεσιν γέγονε, ἢ ἀπὸ τοῦ εἴδω τοῦ ἴω παράλληλα ὁμοιότητα διεξοδικά. 121. 15. 0770. 54. ἡ ἴσος αἰτία τοῦ ἰδίου διὸ καὶ ἐκτείνεται. 1131. 44.

ἴος αἰτία τοῦ ὅς γλωσσικὸ ἄρθρου θηλυκοῦ ὑποτακτικοῦ οἷον, ἴος τ' ἀπείργει ἴσα ἔθι. ἰλιάδ. π, ὅτι ἐκ τοῦ ὅς γέγονε πλεονασμῷ τοῦ ι, ὡς ἐκ τοῦ ὡς τὸ ἴως. 1055. 11. 1201. 8.

ἴθει αἰτία τοῦ ἴθεται, οἷον, ὅθι ἴθει οὐ μάλα πολλὸν, ὀδυσ. μ. 1728. 44.

ἴθει τὸ κατὰ τὸ ἶθος τι ποιεῖν, ὅ τε συνήθως προΐησιν. 773. 05. 1059. 6. 1240. 13.

ἰθαρὰ ὀθεν τὸ ἰθάρειν ὃ δηλοῖ τὸ ἐξ ἰθείας τι ποιεῖν, παρ' ὃ σύνηθες ἐστι ποιεῖσθαι τὸ ἰθυφάλλους. 1240. 14. καὶ ὅτι καὶ ἰθαρὰς λέγεται, ὡς παρὰ τὸ ἐλαφρὰς μιαρὰς. 696. 56. 64. 773. 08. 1799. 24.

ἰθαράζειν τὸ ἐπιμελεῖσθαι τῶν ἐσχάτων αἱ ἴθαρμαι καὶ ἰθαρμίδες λέγονται. 773. 28.

ἰθαρεῖν τὸ συνήθως εὐτρεπίζεσθαι, καὶ τὸ ἐξ ἰθείας τι ποιεῖν. 1240. 8. 01.

ἐθέλειν ὅτι δισυλλάβως ἀεὶ λέγεται παρ' ὁμήρῳ. 104. 45. καὶ ὅτι τὸ ἐθέλειν ἐπὶ ἀψύχων αἰτία τοῦ δύνασθαι τίθεται παρ' ὁμήρῳ, καὶ οὐκ ἐθέλειν αἰτία τοῦ μὴ δύνασθαι, οἷον, οἷον οὐκ ἐθέλει πείθεις. ἰλιάδ. φ. 0241. 48. καὶ ὅτι μέση λέξις ἐστι τὸ ἐθέλειν, ὅτι γοῦν μήτε μόνως ψεκτὴ, μήτε μόνως ἐπαινετή. 884. 19.

ἐθελοταὶ παρὰ θηβαίοις ἐλέγοντο μίμοι πεζοὶ κωμικοί. 884. 22. 26.

ἐθελοντὴρ αἰτία τοῦ ἐθελοντὴς, ὁ καὶ ἑκούσιος καὶ ἐθελούσιος καὶ ἑκοντὴς λέγεται. 1446. 10.

ἐθελοντὶ ὁ αὐθαιρέτως τι ποιῶν, καὶ ἐθελονταὶ διδάσκαλοι δραμάτων οἱ ἐκ τῶν ἰδίων χορηγοῦντες. 800. 30.

ἐθελοντὴν αἰτιατικὸν κατὰ θηλυκὸν γένος παρ' ἡροδότῳ, οἷον, ἐθελοντὴν ἐὼν βῆς φοίνιξι συνεκπλεῦσαι. 1418. 22.

ἐθέλω τρισυλλάβως ὅτι οὐ μόνος παρὰ τῷ ποιητῇ ἀλλὰ καὶ παρὰ τοῖς ἄλλοις ὡς ἐπιπολὺ ἐστιν ἐν χρήσει. 800. 08.

ἔθεμαι ὅσοι δυνατὸν ἐποίησα, ἔθετο τὸ θημάσαι. 993. 10.

ἔθνη γυν. οὐ αἰτία τοῦ ὑμεῖς ὅτι ἐκλίνεται οἷον, οὐ ἐθνῶν χρεῖαν. ἰλιάδ. α. 61. 29.

ἰθάγενης καὶ ἰθαγενέος αἰτία τοῦ πέπλασμαι καὶ πεπλασμένος. 1163. 27.

ἔθνεα χείρων τὸ πλῆθος τῶν χειρῶν, ὀδυσ. ξ. καὶ ἔθνεα μελισσάων καὶ μελισσαι, καὶ ἔθνεα πόντου οἱ ἰχθύες. 1751. 02.

ἔθνη πολλαχοῦ τοῖς γῆς πλανηθέντα καὶ διασπαρέντα οἷον λίτυγες, καὶ καυκῶν, καὶ πελασγοί, ἱστορία. 1205. 42.

ἔθνη οὐ παρωνύμως ἀπὸ τῆς ἑαυτῶν χώρας ἀλλ' ἑτερωνύμως καλούμενα παρ' ὁμήρῳ, οἷον φαίακες οἱ τὸ ἴλιον οἰκοῦντες, καὶ ἄβαντες οἱ τὴν εὔβοιαν. 190. 32. 281. 18.

ἐθνικὰ ὀνόματα εἰς κύρια μεταληφθέντα, οἷον ἀχαιὸς, ἴτειος, αἰγύπτιος, ἴμβριος. 325. 41. 1431. 16.

ἐθνικὰ ὀνόματα ὅτι πολλαχῶς λέγονται, ὁ γὰρ ἀπὸ ἔθνους, ὁ ἀπὸ χώρας, ὁ ἀπὸ πόλεως, ὁ ἀπὸ βασιλέως, οἷον ἑλλὴν καὶ δυνατὸς ἀπὸ ἕλληνος καὶ δυνατοῦ τοῦ βασιλέως. 1764. 52.

ἐθνικὰ θηλυκὰ ἐνιὰ μὴ ἀπὸ τῶν ἰδίων ἀρσενικῶν παρωνύμως, ἀλλὰ κατὰ κτητικὸν τύπον λεγόμενα, οἷον αἰτωλὸν ἐγγονὴ, οὐκ ἀθηναία. implicite. 84. 11.

ἐθνικαὶ βλασφημίαι παρωνύμως ἀπὸ ποιῶν ἐθνῶν λεγόμεναι, οἷον κρητίζειν καὶ αἰγυπτιάζειν. 741. 00.

ἐθνικαὶ εἶπουν βαρβαρικαὶ λέξεις ἐπιχωριάζουσαι τοῖς ἕλλησιν, οἷον ἀγάρι, ἄβρα, ἀβυρτάκη, ἄγγαρος. 0854. 14.

ἐθνικῶς ἡ τοπωνυμία παρ' ὁμήρῳ, οἷον ἀπὸ τοῦ ἴλιον, φαίακες. καὶ ἀπὸ τοῦ εὐβοίας, ἄβαντες. 190. 30. 281. 18.

ἔθνος ἐπὶ ἀνθρώπων κυρίως, ἐπὶ δὲ μελισσῶν καὶ χηνῶν καὶ γεράνων καὶ κύκνων καὶ μυιῶν καταχρηστικῶς, καὶ ὅτι παρὰ τὸ ἔθος λέγεται. 178. 10. 22. 055. 29.

ἔθος καὶ ἐθίζεσθαι ὅτι ἐπὶ λογικῶν λέγεται κυρίως. 178. 21. 538. 31. καὶ ὅτι ἐπὶ ἀλόγων οὐκ εἴωθε λέγεσθαι. 055. 20.

ἔθω αἰτία τοῦ ἐθίω, ὅτι ἐκ τοῦ ἔθω γέγονε τροπῇ δωρικῇ τοῦ λ εἰς θ, ὅθεν τὸ ἴω τὸ πλήρες πλεονασμῷ τοῦ θ. 452. 29. 773. 32. 44. 1562. 5.

ἐθῶν ἑλλενικῶν εἰς λοιποὺς καὶ ἄλλα ἔθνη μεταποιήσεως κατάλογος. 0398. 55.

ει τὸ ε στοιχεῖον παρὰ τοῖς ἀρχαίοις. 511. 5.

ει συλλαβῇ ἀρχὴ λέξεων ποιητικῶν ἐκ περιλήψεως ἔχουσα τὸ ε, οἷον εἶω τοῦ εἰρατοῦ, οἰκαὶ ἐοικὰ, οὔατος οὔατος. 388. 15.

ει συλλαβὸ ἀρκτικαὶ ῥημάτων ἀπὸ ἀρχομένων ἀπὸ τοῦ ε γινομένων περιλήψει τοῦ ε πρὸς μέλλου χρεία, οἷον ἔω, ἐῶ, εἶω εἰρύω, εἶα τοῦ εἰρατοῦ. 862. 20.

ει δίφθογγος ἡ ἀρχὴ ῥηματικῶν χρόνων ἐξ αὐξήσεως σημεῖον, ὅτι ἀπὸ δισυλλάβου ε ἄρχεσθαι τὸ θέμα κατηγορεῖ, οἷον ἔλκω εἷλκον, ἔρπω εἷρπον. 1641. 45.

ει δίφθογγος ὅτι εἰς ο φέρεται δωρικῶς, οἷον πλείων πλῶν, καὶ ἐν ἐφ' ὧν ἐκ πλεονασμοῦ τοῦ ι γέγονεν ἡ δίφθογγος, οἷον ξένος ξεῖνος. 101. 6.

ει δίφθογγος ἀρκτικοὶ ῥημάτων, διὰ τῆς ἐν παρακειμένῳ σχηματιζομένη ἀττικῶς, οἷον εἰκάζω ἤκαζον, εἴδω ᾖδον, ἐὰν ἤειν. 50. 18. usque ad 25.

ει δίφθογγος ὅτι φέρεται τὸ ι εἰς υ κατὰ γλῶσσαν ἀρχαίαν καὶ κρητικὴν, οἷον σπεύδω σπεύδω, αἰεὶ αἰεί. 722. 60.

ει δίφθογγος πλεονάζουσα ἐν μέσῳ τινῶν λέξεων κατὰ τὰς παραγωγάς, οἷον ἀδελφὸς ἀδελφειός. 431. 34. 39.

ἐπικῦδος

ἐργάζεσθαι

Ἀρχὴ τοῦ ζ στοιχείου.

Ἀρχὴ τοῦ η στοιχείου.

ζειν

κοῦ

ἐπεὶ

Ἀρχὴ τοῦ λ στοιχείου.

λαμπὰς

Ἀρχὴ τοῦ μ στοιχείου.

σύνθεσιν

νιφάδος τοῦ β. 1928.

φος

Ἀρχὴ τοῦ ξ στοιχείου.

οὐ ἐστιν

23

οἰνακτήρια,

ὀπῃ. 1908.

24

παλιὸς

πανῦσαθος

πλεοναστικοῖς

πέτω,

πίευρης

πολυ-

ρὰ δὲ

πύλαι

Ἀρχὴ τοῦ ρ στοιχείου.

σθλέποντα

σοφὸν

συγχεῖσθαι

συ[illegible] τα [illegible] γεω τῆς [illegible] φύσει [illegible] [illegible] καὶ [illegible] κατὰ [illegible] συγ[illegible] [illegible] 4 4.

σύ[illegible] καὶ πάρει. 10 [illegible] περὶ πολλά τινα [illegible] σύ[illegible] καὶ [illegible] πων, καὶ οἰκονομίαν [illegible] καὶ [illegible] δῶ ἀπὸ [illegible] καὶ ὅπως σφάτ[illegible] μάτων σύγ[illegible] γεται, μεταπαύεται δὲ [illegible] τοῖς [illegible] ὁμοῦ γινο-μέν[illegible] 5 [illegible].

σύζυ[illegible] λέγονται τὰ μόρια [illegible] τῆς [illegible].
1703 [illegible]

σύζυ[illegible] νεμόμενοι [illegible] κατὰ νόμον [illegible].
1315.45

συ[illegible] διάφοροι, διαφο[illegible] κατὰ τὴν φωνὴν [illegible] ὥς, οἷον τὸ [illegible] κατὰ [illegible] ὁ μὲν [illegible] κατὰ τὴν [illegible].
70[illegible]

συζυ[illegible] μεταβολὲ [illegible] συγκεῖται ὁ [illegible] λῶς λέγεται [illegible] τοῦ [illegible] κατὰ [illegible] δὲ [illegible] ὡς [illegible] ματος [illegible].
706.17.

σύζυγος ὁ συνεζευγμένος γυναικί.
65 [illegible]

σύ[illegible] 4.19 [illegible] τῷ σύκῳ καὶ [illegible] εἶναι τὰ εἰμαρμένα, τὰ ζωιακά, καὶ τὰ κατὰ [illegible] ἀλογίαν, καὶ τὰ [illegible] μαρτυρεῖ [illegible] 4. 6. [illegible] μαρτυ[illegible].

συκάζειν τὸ σύκα [illegible] 5. καὶ συκάζειν καὶ τὸ [illegible] πεῖσαι [illegible] 6 [illegible].

συκαλίς, ὄρνιθιον ἐν καιρῷ σύκων ἁλι-σκόμενον. 1064.23.

συκάμινα [illegible] σύκων [illegible] οὕτω λέγεται [illegible] διαφθαρμένα [illegible] συλλαβής. 949.18.

συκάμινος [illegible] ὅτι [illegible] αἰ[illegible] ὁμωνύμως [illegible].
165-.14.

συκάμινος [illegible] ὅτι [illegible] τὴν συκῆν λέγεται [illegible] βαρβαρικῶς. [illegible] 5.

συκέα [illegible] καὶ συκέα [illegible] ἐν κιλικίᾳ. 1964. 22. [illegible].

συκῆ, ὅτι [illegible] τὸ σύκον καὶ [illegible] τὸ κα-ταφρονεῖσθαι καὶ [illegible] λέγεται.
437.25. 1832.10. [illegible] 4. 22.

[illegible] μαρτυ[illegible] τὸ σύν τούτοις.
[illegible] 60 καὶ [illegible] συκάζειν [illegible] 4 καὶ [illegible] καὶ [illegible] 1113. [illegible] καὶ [illegible] σύκα [illegible] καὶ συκίτης [illegible] ἄλωσι, οὐ καὶ τὸ [illegible] νον, συκῆ [illegible] καὶ [illegible] [illegible] καὶ [illegible] συνεδρ[illegible] πρὸς μαρτυρ[illegible] τὸ [illegible] συκὸς [illegible] πρὸς [illegible] ἀδελφοὶ [illegible] καὶ [illegible] τῆς τῶν [illegible] συκο[illegible] [illegible] 11. [illegible].

συκο[illegible] 1. 60. [illegible]

συ[illegible] 4 [illegible]

συκ[illegible] καὶ [illegible]

σύκον [illegible] καὶ [illegible] τῶν [illegible] 1173. [illegible]

σύκον [illegible] 1174. [illegible]

σύκον καὶ [illegible] τὴν σύ [illegible] σύκον [illegible] καὶ πόσις σύκων [illegible] τὸ σύκον [illegible].

συκοφ[illegible] ἐπὶ [illegible] συκοφάντης [illegible].
[illegible] 4 [illegible]

σ[illegible] τῆς [illegible] 4.1

συκοφάντης [illegible] τὸ φαίνειν [illegible] 15.

σύκωμα [illegible] τὸ [illegible] κατὰ [illegible] σύκων [illegible].

συκω[illegible] ὅτι [illegible] λέγεται [illegible] 4.4.

σύλα [illegible] σκύλα [illegible] καὶ συλᾶν [illegible] 0.
22.810 [illegible]

συλαγωγεῖν [illegible] καὶ [illegible] τὸ [illegible] 0.
22.

συλᾶν καὶ συλλᾶν [illegible] λεύειν, καὶ συλ[illegible] φανομαν[illegible] 450 4. [illegible] 4.
8 [illegible]

συλᾶν πνά [illegible] τὰ [illegible] πνά [illegible] καὶ ὅτι τὸ συλᾶν [illegible] 0. 5.

συλεῦ[illegible] 0.
[illegible] καὶ [illegible]

συλλα[illegible] μα τ[illegible]

συλλα[illegible] μα [illegible] πως [illegible]
21 [illegible]

συλλα[illegible] 841 [illegible] καὶ [illegible] 60 καὶ [illegible] 5 [illegible] σύ[illegible] ὅτι [illegible] τὸ [illegible] 7 [illegible]

συλλα[illegible] καὶ [illegible] τὸ [illegible]

συλλα[illegible] τῶν καὶ [illegible] 5.1 [illegible]

συλλ[illegible] τὴν [illegible]

συλλαβ[illegible] καὶ [illegible] τὸ [illegible] καὶ [illegible] 5. [illegible] 4. καὶ συμ[illegible] καὶ [illegible] 4 [illegible] καὶ [illegible] συλλ[illegible] καὶ [illegible] ὅτι [illegible] καὶ [illegible] μ[illegible] 1.1.2. [illegible] 7.

Ἀρχὴ τοῦ τ στοιχείου.

[illegible]

Ἀρχὴ τοῦ φ στοιχείου.

Ἀρχὴ τοῦ χ στοιχείου.

34 iii

1 2 3 4 5 6 7 8 9 10 11 12

13 14 15 16 17 18 19 20 21

22 23 24 25 26 27 28 29 30

31 32 33 34. Omnes sunt terniones.